tauit. contra quem ipse cui eadem prouincia sorte
obuenerat. rex karolus cum exercitu profectus est;
Sed cum fratris auxilium habere non posset qui pro
cerum suorum prauo consilio ne id faceret impe
diebatur. Conloquio tantum cum eo habito in
loco qui duas diues uocatur. fratre in regnum suum
remeante. Ille egolisenam aquitaniae ciuitatem
proficiscitur. et inde contractis undique copiis fu
gientem hunoldum persequitur. paulumque afuit qui in
caperet; Sed ille notitia locorum in quibus regis
exercitum latere poterat liberatus est. Dimissaque
aquitania uuasconiam petiit tutum se ibi fore ar
bitratus. Erat tunc uuasconum dux lupus nomine.
cuius fidei se hunoldus committere non dubitauit;
Ad quem rex missa legatione iubet sibi perfuga
reddi. ea condicione mandata si dicto audiens
sibi non fuisset sciret se bello uuasconiam ingressurum.
Neque inde prius digressurum quam illius inoboedi
entiae finem inponeret. Lupus nimis regis perter
ritus. hunoldum et uxorem eius sine cunctatione
reddidit. Seque quaecumque imperarentur
facturum spopondit. At rex donec legati quos
miserat reuerterentur. castellum quoddam iuxta

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod510_foll31-133/0065